Cum igit̄ ostēsum sit: ꝙ alchoran⁹ qui est lex sarracenoꝝ nō est a deo: cōsequēter inquerēdū est d̄ discipulis mahumeti: ⁊ de institutione alchorani p̄dicti. Et est sciēdū: ꝙ firmiter a sapientib⁹ credit̄ ⁊ rationib⁹ efficacib⁹ cōprobat̄. ꝙ p̄ncipalis actor ipsius alchorani nō fuit hō: sed diabolus. q ex inuidia ꝓpria. ⁊ ꝑmissione diuina. ꝓpter pctā populi p̄ualuit inchoare solēniter ⁊ efficaciter ꝑ fidiā antixp̄i. Uidēs igit̄ diabolus: ꝙ fides xp̄i crescebat in partib⁹ oriētis. et ꝙ ydolatria deficiebati: am deuicto cosdroe rege ꝑsarū ⁊ medorū ydolatra. ꝑ eracliū regem xp̄ianissimū. ⁊ ꝙ ip̄e eracli⁹ destruxerat excelsā turrī. quā ip̄e cosdroe edificauerat ex auro ⁊ argēto ⁊ lapidib⁹ p̄ciosis propter ydolatriā. ⁊ ꝙ crux xp̄i iam tantū erat ꝑ eracliū exaltata. ⁊ āplius exaltāda: cū nō posset ip̄e diabol⁹ iā ampli⁹ defēdere plures deos. nec totalr̄ negare valeret legē moysi: ⁊ euāgeliū xp̄i. qd̄ iā diuulgatū erat ꝑ mūdū: cogitauit ꝑ fictiōez legis q̄i medie int̄ nouā ⁊ veterē d̄cipe mūdū. Et ad hoc exequēdū assūpsit quēdā hoīez diabolicū noīe mahumetū ritu ydolatrā. fortuna paupez. mēte sup̄bissimū. ⁊ maleficijs famosū. Equidē libenti⁹ assūpsiss̄z diabol⁹ hoīez bone fame: si fuisset ꝑmissus. sic̄ ⁊ libētius p̄mū tēptasset hoīez ꝑ aliud aīal. in quo āplius ipsi⁹ malicia celaret̄ q̄z per serpētē: si fuissed ꝑmissus. Sed nō ꝑmisit diuina sapiētia: nisi ut talē assumeret: ⁊ ꝑ talē hoīez mūdū īuaderet. ut mūdus de facili aduerteret. q̄lis eēt lex data ꝑ talē legislatorē. Deuicto igit̄ cosdroe per dictū eracliū. et reportata sctā cruce in hierusalez cū triūpho. āno dn̄i. dc. xxvj. eraclij autem āno. xv. surrexit mahumetus arabs. qui primo ditatus per quādam viduam diuitem quā in vxorem acceperat. Postea factus princeps latronum in tantam prorupit superbiam: ꝙ voluit fieri rex arabum. Sed quia ipsi non receperunt eum. eo ꝙ esset

UVA. BHSC. IyR_241_5

genere ꝛ opinione vilis: finxit se esse ꝓphetam. Et quia epileticus erat. ꝛ ut firmiter creditur: arreptitius: et frequēter cadebat: dicebat. ꝙ angelus ei loquebat. ꝛ postea dabat quasdam responsiones. quas (ut dicebat) audiebat quasi per modum campane. Et quia homo ydiota erat et sine litteris: dedit ei diabolus cōmites sibi conuenientes. quosdā iudeos hereticos ꝛ xp̄ianos hereticos. Adhesit enim ei quidā iacobita nomine. babeyra. ꝛ fuit cum mahumeto: pene vsq; ad mortē. Ferturq; ꝙ mahumetus postea interfecit eū. Et qdā iudeū. s. phinees ꝛ abdia nomine. salon. postea dictus abdalla. cognomine sellem: et facti sunt sarraceni. ꝛ quidā nestoriani: qui maxime cōueniunt cū sarracenis dicentes. ꝙ de⁹ non est natus de beata virgine: sed homo ihesus xp̄s. Et tūc quedā cōposuit mahumetus per modū legis incipiens a sociis. quedā de nouo testamēto. ꝛ quedā de veteri. nec tamen tunc populus habuit alchoranū. Narratur tamē in eorum historijs: dixisse mahumetū. Descendit alchoran⁹ sup me in. vij. viris. ꝛ quicquid satis est sufficit. Dicunt autē hos fuisse. naphe. ꝛ chou. homar. ꝛ homra. ꝛ elressar. ꝛ asser. ꝛ filius lietur. ꝛ filius amer. Dicemus ergo eis. si legerūt vnq̄ coram mahumeto. ꝛ dicet ꝙ nō. sed hij coram senioribus ꝛ sic vsq; ad mahumetū. Et certū est ꝙ isti non concordant cum senioribus ꝓbis in lectura q̄ nunc tenent. Nō ꝓbat. Ex lectura ꝓme partis cōtraria est parti secūde. quia de tēpore mahumeti nullus sciuit alchoranū: nisi abdalla filius messeoith. ꝛ zeith filius tabeth. ꝛ ocanā filius offan. ꝛ hebi filius cab. De ali. filio abitaleb: quidā dixerūt sciuisse partem: quidā non. Quilibet autē istorū statuit sibi alchoranū: aliorū alchorano dissimilē. ꝛ pugnauerūt cōtra se inuicē. nō recipientes que aliorū erant vsq; ad mortē. Et post mortez populi discordauerūt in alchorano vsq; ad tempus merbā filij elhelrē. ꝙ cōposuit eis hunc alchoranū quē nūc habēt et cōbussit alios alchoranos. Et tūc etiā. vij. dicti ciuitatuz ꝓfecti cōtradixerūt sibi in grāmatica. ꝛ ydiomatibus ꝓpꝛijs. Ex eorū autē historijs inuenim⁹. ꝙ capitulū repudia-

UVA. BHSC. IyR_241_5

tionis excedebãt capitulũ. vacce. Primũ erat in. cc. xxx. sẽ
tẽtijs. qȝ hodie cõstat tm̃ ex duodecim. Dicũt etiã. q capi-
tulũ. vacce. mille cõtinebat sentẽtias aliqñ: et hodie tm̃. cc.
lxxxviij. Referũt etiã de quodã potẽte. noie. elgaig. q extra
xit ab alchoranо. lxxxv. sentẽtias. et alias totidẽ alteri⁹ sen
sus addiderit. Quomodo ergo verũ est q dixit de alchora
no deus (vt aiũt) quẽ nos descẽdere fecimus recordationẽ
z nos eã custodientes erimus? Narrãt etiã quedã histoie.
q mahumetus veneno mortuus est. nec habuit populus al-
choranũ. Cũ aũt hebenbeer susciperet z prĩcipatũ: pcepit
q qlibet recolleret q̃ posset. et hũc (q est premanib⁹) cõposu
it alchoranũ. reliquos aũt cõbussit. Sed in capitulo. elharã
de alchorano dicit. q nullus nouit eius expositionez: preter
deũ. Et fundati in scia dicũt. Credimus ei. totũ enĩ est a deo
nr̃o. Et reuera. in hoc libro sũt multa tã obscura. tã trunca-
ta. z inordinata (vt supius patuit) vt nullũ sensuz faciẽtia.
faruitatẽ poti⁹ z mendaciũ palliarẽt. Factũ est aũt vt cõcor-
darẽt hũc esse alchoranũ quẽ habẽt premanib⁹: z dicerent.
q deus reuelauit mahumeto. z q ipse scripsit ex ore dei.
Effochaa tñ. i. doctores z expositores magni nũq̃ cõcorda-
uerũt. Et hoc nõ solũ oriẽtales ab occidentalib⁹: sed etiã o-
riẽtales ab inuicẽ. Et in eisde scolis sũt diuerse secte. z tam
diuerse: q vna cõdemnat aliã. Quidã enĩ secunt mahume
tum. z isti sunt plures. Et qdam sequnt haali. et isti sũt pau
ciores z minus mali. Et dicũt q mahumet⁹ vsurpauit sibi p
tirãnicã potentiã q erat haali. Surrexerũt contra vtroq̃
sarraceni quidam periti in philosophia. et ceperũt legere in
libris aristotelis et platonis. et inceperũt contemnere omẽs
sectas sarracenorũ et ipm̃ alchoranũ. Nõ aduertẽs qdam
calipha de baldacho noie: edificauit in baldacho. nadamiã
et mestanceriã. scolas solennissimas. et reformauit studium
alchorani. et ordinauit. q de quibuscunq̃ prouincijs veni-
rent in baldachũ ad studium alchorani studentes z haben-
tes sellas et stipendia necessaria de cõmuni. et ordinauit q
sarraceni attendẽtes ad alchoranuz: nullo modo studerent

UVA. BHSC. IyR_241_5

phiam. Nec reputāt bonos sarracenos q philosophie intē dūt. pro eo ꝙ oēs tales contemnunt alchoranū propter causas iā dictas in. octauo. et nono. capitulis.

¶ Capitulū quartūdecimū. de ficta visione mahumeti.

Quartodecimo ꝯsiderare optet. q̄ꝫ fictā visionē mahumet⁹ cōposuit. q̄ ē expositio cuiusdā alchorani. Dicit̄. n. ī ca. filioꝝ isl'r. Laus ei sit q trāsire fecit seruū suū sub vna nocte ab oratorio alharā (q̄ ē domus meche) vsqꝫ ad oratoriū remotissimū (q̄ ē domus sctā) in ihl'rm. cotra quā benedixim⁹. Expositio hui⁹ sñie est. ꝙ mahumet⁹ vna die psallebat horā matutinalē. Cūqꝫ finisset: dixit hoībus. O vos (inqt) hoīes ītelligite. Sero postq̄ꝫ recessi a vobis: venit ad me gabriel post psalmodiā vesp̄tinaꝫ vltimā: ⁊ dixit mihi. o mahumete. p̄cipit tibi de⁹ vt cū visites Cui dixi. Et vbi eū visitabo? Et dixit gabriel. In loco vbi ē. Adduxitqꝫ mihi iumētū elborach. ⁊ dixit mihi. Hūc ascēde. et eqta vsqꝫ ad domū sctām. Cūqꝫ curarē ascēdere: refugiebat iumētū. Dixitqꝫ ei. Sta firmiter: q2 mahumet⁹ ē q te curat ascēdere. Respōdit iumētū. Nō p̄mittā eū ascēdere: nisi prius rogauerit deū ꝓ me. Ego aūt intercessi ꝓ iumēto apud deū meū. Ascēdiqꝫ iumētū. ⁊ gradiebat̄ (īcedēte me) tenui gressu. Collocabatqꝫ vngulā pedis ī oriꝫ ōte visus sui Sicqꝫ veni ad domū sctām in spacio minori q̄ꝫ itus occuli cōpleat̄. Eratqꝫ gabriel mecū. ⁊ adduxit me ad rupē in domo sctā in ihl'm. Gabriel dixit. Descēde: q m̄ a rupe ascēdes ī celū. Et descēdi. Et gabriel iumētū elborach cū cingulo ad rupē firmauit. Et portauit me ī humeris vsqꝫ ad celū. Cūqꝫ venissem⁹ ad celū mūdi: pulsauit grabriel ad portā. Dictūqꝫ ē ei. Quis es? Respōdit. Ego suꝫ gabriel. Dictūqꝫ est ei. iteꝝ. Et qs est tecū? Respōdit. mahumetus. Et dixit portarius. Nunqd missū ē pro eo? Respōdit gabriel. Etiā. Aperuitqꝫ nobis portā. Et vidi gentē et angelos. et bis flectēdo

UVA. BHSC. IyR_241_5

pro eis genua fudi orationē. Et post: accepit me gabriel. ⁊ duxit me ad celū scōm. Et fuit distātia inter vnū celū ⁊ alterū itinere qngentor̄ annor̄. Et sicut in primo dixit se pulsasse ⁊ respōdisse: sic p̄ oīa in singulis celis vsq; ad septimū. In quo septimo celo describit se vidisse populū angelor̄. Cōgitudo vnius cuiusq; angeli erat instar mūdi multis mille vicib⁹. quorū aliq; habebat septingēta millia capita. ⁊ in quolibet capite septingēta mille millia ora. ⁊ in quolibet ore septingētas mille linguas: laudātes deū septingētis mille millibus ydiomatib⁹. Et respexit vnū angelū flentē. ⁊ q̄siuit fletus ei⁹ causā. Et respōdit. Culpe sūt. Ipse aūt orauit pro eo Sicq; gabriel comēdauit me alteri angelo. ⁊ ille alteri. et sic donec starē cōrā deo ⁊ tribunali ei⁹. Tetigitq; me de⁹ manu sua. iter humeros vsq; a deo. quousq; ad medullā spine dorsi mei man⁹ eius frigiditas peueniret. Dixitq; de⁹ mihi. Imposui tibi ⁊ plebi tue quinquaginta or̄ones. Cūq; descēdisse3 ad quartū celū: cōsuluit mihi moyses. q̄ reascenderē ad abbreuiandū: q⁹ populus me⁹ nō posset. Et primo reditu obtinui remissionē de decē: ⁊ sic vsq; ad quartā vicez. Et qnto reditu a q̄rto vsq; ad decimū: nō remāserūt nisi qnq; orationes. Cūq; moyses dixisset: nec hoc poterūt. Ego pre cōfusione totiens ascendendi: nō ascēdi plus. Sed rediēs ad elborach: equitaui rediens ad domū meche. Et tēpus omnium istor̄ fuit minus q̄ decima pars noctis. Plus de visione ista est illud q̄ dimisimus (dicit dictator:) q̄ q̄ narrauim⁹ Cūq; hāc fictionē narrasset mahumetus gētibus vniuersis sexaginta millia hominū a lege eius recesserunt. Cūq; dicerent ei: ascende in celū nobis cernētibus de die. ⁊ videamus angelos occurrentes: non recognouit falsitatē suā. sed ait. Laus deo meo. Nunqd aliud sum ego quā vnus hoīum et nuncius? Sic et in capitulo pphetarū narrat de querentib⁹ miracula ab eo fieri. Dixerūt de mahumeto. s. ascultasti sōnia. sz blasphemias cōcinasti. vl̄ certe poetizas. Venias ad nos saltē cū miraculo vno: quēadmodū missi sūt ⁊ pōres. Respōdit. Destruxit (iqt de⁹) ciuitates añ eos q̄ nō crediderūt

UVA. BHSC. IyR_241_5

Nunqd ipi? credēt. Et cū expectarēt ab eo miracula respō
dit eis. Quoniā q pcesserunt nos crediderūt miraculis. nec
crederetis vos nisi p gladiū. Audite ḡ mahumetici. si alcho
ranū viuificatis: ipe est q affirmat: mahumetū nullū feciſſe
miraculū. Lōge aūt plures fuerūt quos consūpsit gladius
qz qui gratis eū secuti sunt. sicut superius patuit. Hec sola
fictio visionis pdicte deberet sufficere: ad cōfutandū qcqd
fecit mahumet⁹. Nā sic dictū ē superi⁹: nō permisit eū mēti
ri spūs. scūs. nisi ita manifeste: vt ois hō facilit aduerteret
fictionē. Nā mō ponit de se laudita miracla. mō dicit q nul
lus fecit miraculū. aliqñ dicit q est solus nūcius hō. aliqñ
q ē plus qz angelus. et pro angelis itercedit. Et quare indi-
guit asino vel iumēto de mecha usqz in iheruſalē: q de iheru
salē vsqz ad celū iuit sine asino? Et quomō potuit tot splen-
dores angelorū sustinere in celo. q dicebat. q qñ apparebat
ei vn⁹ angelus sp cadebat in terrā. et spumas agitabat. et in
curuabant manus et pedes eius? Neqz enī in predicta vi-
sione ponit se raptū. sz dicit q ascēdit in corpore simul z aīa
cuius signū ē. Quia dicit. q deus manu sua tetigit eū inter hu
meros. et sensit frigiditatē vsqz ad medullas spine dorsi. an
gelos ergo z deū ponit cū corporali dimensione.

Quintū decimū capitulū cō

tinet sex questiones super alchoranō.

Onsequent mouēda sūt qdā dubia i alcho
rano. z qdā qstiones. de q b⁹ cū sarraceni nō
poterūt reddere rationē: nō solū iuitent sed
opellant itrare ad cōfusiū veritatis. Pri-
ma qstio ē. Quid sibi volnit alchoran⁹. q to
tiēs induxit deū de se pluralit loquētē? Di-
cit. n. in. c. ilbahara. i psona dei. Dixim⁹ angelis. adorate a-
dā z cē. Et h postea otinuat vsqz ad finē libri. Aliqñ loquens
de deo in plurali. aliqñ in singulari. Et certissimū est oibus
xpianis. iudeis. z sarracenis rōne vtentib⁹: q de⁹ est vn⁹ et
solus z simplex. z nō habet nec pōt habere cōsortez. Quare

UVA. BHSC. IyR_241_5

ergo de se loqt̃ pluraliter. Et nõ possũt dicere ꝙ de⁹ leqtur de se et de angelis. Dicit̃ enĩ ibi. Dixim⁹ angelis. Est ergo hec locutio dei nõ angeloꝝ: sz ad angelos. Preterea. In.c. sad. dicit̃. ꝙ oẽs angeli adorauerũt adã. nisi diabolus. ergo oĩbus angelis dixit de⁹. Preterea. In multis locis ĩ alchorano inducunt̃ tales locutiones de deo in plurali. in talibus actionib⁹: in qbus angeli nullo mõ deo cõmunicãt. sic̃ ĩ creatiõe mũdi. ⁊ in iustificatiõe ĩpij. Dicit̃ enĩ in alchorano ĩ pluribꝰ locis ĩ ꝑsona dei. Nos inq̃z creauim⁹ celũ ⁊ terrã ⁊ int̃media nõ pro ludo. ⁊ nos iustificauim⁹ hoĩez ⁊c̃. Et nos misimus xp̃m filiũ marie. et dedim⁹ ei spũm sctũm. ⁊ euangeliũ. ⁊ miracula. Et talia ĩ quib⁹ angeli nullo mõ deo cũmunicare possũt. Angeli enĩ creati fuerũt a deo. ⁊ nõ cõcreatores deo increãdo celũ terrã ⁊ intermedia. Nec possũt dicere sarraceni. ꝙ vox illa pl'r sit vox ⁊ aĩa dei vel vox dei. ⁊ cuiusdã alteri⁹ ĩtellect⁹ excellẽtissimi creati. ꝑ quẽ deus oĩa fecit (vt dicũt) Cõstat enĩ ꝙ qcqd ẽ p̃ter deũ: ẽ creatura. ⁊ a deo creatũ ⁊ nulla creatura põt eẽ cõcreatrix cũ deo. Preterea. Nõ potest etiã dici. ꝙ deus pluraliter de se loq̃tur ꝓpter diuersas q̃litates q̃ sũt in eo. sic̃ potẽtiã. sapiẽtiã. iusticiã. ⁊ huiusmodi. q̃s arabes appellãt. saffach. Ista enĩ sũt in deo nõ accidẽtia neqz diuersa: sz sũt ipsa diuina essentia. Vñ. in deo nullã cõpositionẽ nec pluralitatẽ faciũt: vt ꝑ illa deus de se loquatur pluraliter. quinimo. nec homo vel angelus propter illa diuersa põt de se loq dicẽdo de vno pluraliter. cũt ñ ĩ angelo ⁊ hoĩe. illa accedẽtia aliq̃z cõpositionẽ in eis faciant. Et certe talis modus loquẽdi. s. ꝙ deus de se (cũ sit vnus) loquatur pluraliter: inuenitur semel a moyse introduct⁹ in genesi. Nã in formatione hoĩs de⁹ locutus est dicẽs. Faciam⁹ hominẽ ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ nr̃az. Et dicũt iudei. ꝙ ẽ vox dei ad angelos. qd̃ ẽ cõtra sacrã scripturã. q̃ nunq̃z dicit hominẽ creatũ ad imaginẽ angeli: sed ad imaginez dei. Et hoc est qd̃ statim subiũgit moyses post illa verba dicẽs. Et creauit deus hoĩem ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ suã. ad imaginem dei creauit illũ. Est igit̃ vox illa p̃ris ad filiũ. vel tati⁹ trini

UVA. BHSC. IyR_241_5

tatis ad inuicē. Nā de⁹ q ē vn⁹ ⁊ simplex in essētia: ē trinus in ꝑsonis. Et alchoran⁹ idē simplicit̄ dixisset: nisi q⁊ timuit ꝙ nō posset eē distinctio ꝑsonaꝝ sine distinctiōe essentie. Et ideo dicit in ca. elnasa. O familia libri nolite vacillare in lege vr̄a. et nō dicatis de deo nisi veritatē. Q⁊ xp̄s iesus fili⁹ marie est nunci⁹ dei. quē in ea posuit ꝑ spūm sctūm suū. Ecce hic noīat deū verbū dei ⁊ spūm sctūm. Sz timēs: ne ꝑ hoc diuina essētia diuideret̄: vl̄ multiplicaret̄. vel determinaret̄ statim subiūxit Et nō dicatis tres: q⁊ deus est deus vn⁹. Ecce quātū appropinquauit ad illud qd̄ maxime arduū ē in fide. vt q̄si cū ioāne diceret. Pater verbū. ⁊ spūs sctūs. ⁊ hij tres vnū sūt. Inducit igit̄ ī alchorano mahumet⁹ deū loquētez pluraliter. Et nescit causā. et sic patet de p̄ma q̄stione. ꝙ tenem⁹ cū eis cōmuniter. ꝙ de⁹ ē vn⁹ ⁊ solus simplex. Et ip̄i hēnt in alchorano. ꝙ de⁹ ē de⁹. ⁊ ꝙ hēt verbū suū. ⁊ spūm sāctū. Et sic tenemus. ꝙ ipse q est vere deus ⁊ vnus et simplex proprie de se loquitur singulariter. ⁊ q⁊ est trin⁹ in personis aliquādo de se loquitur pluraliter.

¶ Secunda questio talis est.

Secunda questio est. q⁊ alchoran⁹ facit mentionē frequētissime de spū sctō. et de verbo dei. qs ē iste spūs sctūs? ⁊ qd̄ ē istud verbuz dei? Nā de spū sctō: dicit in ca. elbachara. ī ꝑsona dei. Diuisim⁹ ⁊ dedim⁹ iesu filio marie. ꝙ faceret ꝓdigia ⁊ miracula manifesta. ⁊ ꝑfecim⁹ eū ꝑ spūz sctūm. Et idē ꝑ oīa repetit īfra in eodē. c. Itē dicit̄ in ca. elembia. de maria. Insufflauim⁹ ī eā de spū sctō. ⁊ ī plurib⁹ alijs locis loqt̄ similia de spū sctō. Querit̄ ergo. qs ē iste spūs sctūs. Et nō possūt dicere sarraceni. ꝙ sit aliq̄ creatura. puta aliqs angel⁹ bon⁹. Q⁊ loqt̄ de eo singularit̄. vt de vno. sctō. nr̄o. Angeli vero sctī sūt multi ⁊ oēs sūt dei. Que eēt igit̄ causa vt de illo de⁹ singularit̄ diceret. nr̄o ⁊ sctō? Et p̄terea. nō eēt magna cōmendatio de xp̄o (quē alchoran⁹ ītēdit singularit̄ comēdare) ꝙ de⁹ dedisset ei ange

UVA. BHSC. IyR_241_5

lū custodē. q; qlibet hō hz angelū custodez. Nā deus facit spūs ⁊ angelos ⁊ nūcios nr̄os. sicut dicit in alchorano. in ca. elmelayche. Et ꝓterea. angeli nō sanctificāt hoies. sz deus immediate ⁊ solus. sicut solus de⁹ pōt pctā dimittere. vt dicitur in alchorano. Si aūt ꝑdict⁹ spūs sit ver⁹ de⁹. qd de spū ꝑdicto loq̄t de⁹ dicēs. dedim⁹ spūm sctūm ⁊ insufflauimus de spū nr̄o. Cū igit̄ diuina essētia sit vna ⁊ simplex. ⁊ nō possit diuidi nisi distingui. ⁊ ibi sit dās ⁊ datū. dās q dicit. dedimus. ⁊ dat⁹: spūs q dicit̄ dat⁹ ⁊ insufflat⁹. ⁊ iter dantē ⁊ datū reqratur distinctio: oportet q; de⁹ dās ⁊ insufflans. ⁊ spūs sctūs dat⁹ ⁊ insufflat⁹: distinguant̄ ꝓsonaliter solū. ⁊ nō essentialiter. Et sic solis relationib⁹ distinguntur ⁊ differunt. Hec est distinctio sola: quā xp̄iani ponūt in diuinis ꝓsonis.

Tertia questio talis est.

Andē q̄stionē ōnino quā facim⁹ de spū sctō: possum⁹ facere de verbo dei. Dicit̄ enim in ca. amrrā. Dicūt angeli btē marie. O maria de⁹ ꝓtulit te. ⁊ purificauit te sup oēs mulieres. Et post dixerūt angeli. O maria: de⁹ euā gelizat vel enunciat tibi de verbo suo. ⁊ nomen eius xp̄s ihesus filius marie. Et in ca. elnasa. dicit̄. Non dicatis de deo nisi veritatē. q; ipse xp̄s filius marie est nuncius dei: et verbū dei. ⁊ verbū dei q̄ ipse posuit in ea ꝑ spiritum sanctum. Asserit ergo omnino: q; xp̄s sit verbum dei. Querit̄ ergo. q̄ sit istud verbū dei. an verbū dei accidētale. vel potius ꝓsonale et reale. Si dicat q; est verbū dei vocale tm̄. et accidētale: hoc nō potest dici. Loqtur enī de eo alchoran⁹ ⁊ etiā euāgeliū singularit̄: vt de vno verbo tm̄. Verbū aūt dei vocale. ⁊ accidētale. q̄ a deo ē: nō iā vnū: sz multa. Nā oia verba sctā. bona. ⁊ vera. possūt dici v̄ba dei. Et ꝓterea. nō eēt excellēs cōmēdatio ihesu xp̄i quē alchoran⁹ intēdit singularit̄ cōmēdare: q; dicat̄ verbū dei: q; v̄ba dei dixit. Nā nō solū xp̄s: sz etiā alij ꝓphete dixerunt verbū dei. Si aut̄ accipiat̄ substātialiter. ⁊ ꝓprie. ⁊ personaliter. sic verbum dei est eternū. ⁊ verus deus. Sicut enim verbum q̄

UVA. BHSC. IyR_241_5

egredit de ore corruptibilis hois. corruptibile eē necesse ē: sic verbū qđ ab eterno egredit ō ore dei. p qđ creauit celū z terrā. z itermedia (vt vbo vtar alchorani:) necesse ē eē incorruptibile z eternū. Quicqd aūt ex deo pcessit essētialit: est deꝰ. Ān cū verbū aliqñ differat a dicēte z ocipiēte verbū: z i dei essētia nō possit eē diuisio vel distinctio: oportet q sit ibi differētia psonalis. z q verbū a dicēte: ppijs z solis relatiōibus distinguat. sic etiā de spū scō dictū ē. Hoc ē aūt verbū quo deꝰ oia fecit. dicit fiat: z fit. sicut i alchorano dicit Et in hoc cōuenit alchoranꝰ cū euāgelio ioānis. qđ dicit. Oia per ipm fctā sūt. Q igit a dicēte verbū ocipit. z intellectualiter gñatur. z illud qđ ab alio generat i similitudine speciei z natura dicit filiꝰ: hic ē. q verbū dei. dicimꝰ filiū dei. Sic si sol generaret de se talē splēdorē q eēt sol: illū solē z splēdorē dicerem⁹ filiū solis. In hoc tñ ē differētia: q i creaturis i q bus differt eē z essētia nō possūt multiplicari suppositā: sine multiplicatiōe nature. Ān hō generat aliū hoiez. Deꝰ aūt i quo idē ē eē z essētia. cū ex se gñat verbū: nō generat aliū deū. Q diuina essētia nec diuisibilis est: nec multiplicabilis aliquo mō: ppt suā sūmā siplicitatē z pfectionē. Mahumetꝰ igit qñ audiuit q xpiani dicebāt deū hre filiū. nesciuit cogitare q possit eē filiꝰ nisi de muliere. Et ideo nullū aliud argumētū adduxit: nisi q deꝰ nō pōt habere filiū: q nō hz vxorē. z nō recolluit q dauid (quē tñ cōmēdat mahumetꝰ) pter filium naturalē: dicit deū hre multos filios adoptiuos dicēs. Ego dixi dij estis z filij excelsi oēs. et nō ex muliere Alias tñ vt liceat stultizare. Mahumetꝰ q dixit: q virgo maria potuit hre filiū sine viro. satis potuit cogitare q deꝰ posset hre filiū sine muliere. Ergo vez dixit mahumetus: qñ dixit. q xps iesus ē filiꝰ marie. z q erat verbū dei: sz nō intellexit. Si enī intellexisset: dixisset. Ex quo ē filiꝰ marie: ē verꝰ hō. Et ex quo ē verbū dei: ē verꝰ deꝰ. Nō enī ē deꝰ cōpositꝰ. vt impfectꝰ vt hō. cuiꝰ verbū. z ōceptio mētis. z ars. z opatio nō est hō. imo qcqd ē dei: deꝰ ē. Ān verbū dei ē deꝰ. intellectꝰ dei ē deꝰ. opatio dei ē deꝰ. Alchoranꝰ aūt nō accepit xpz iesū: ni

UVA. BHSC. IyR_241_5

ſi boiez. Et ideo. poſtq̃ dixit q̃ erat verbū dei: ſubiūxit. qm̃ ieſus eſt apud deū. ſicut adā quez creauit de limo. et dixit ei eſto. Et quomō hoc ꝺuenit p̃cedentib⁹? Cū enim dixerit. q̃ de⁹ infuderit verbū ſuū. z ſpūm in maria. z huiuſmodi fuit xp̃s. z opinet poſtea: q̃ ipſe fuerit vt adā. quē de limo creauit. Quomō cōuenit vt dicat: q̃ verbū dei. z ſpūs ei⁹ fuerit lim⁹. Et quomō lim⁹ niſi de limo? Naturā ergo diuinitatis ponem⁹ limū? Abſit. Eſſet enī de⁹. z verbū ei⁹. z ſpūs ei⁹: q̃ ſi ſtatua. q̃ neq̃ p̃cipit: neq̃ ſpirat. Nūc aūt de⁹ nr̄ (q̃ ē bñ dictus in ſcla) videt. z audit oia. z hz verbum incarnatū de ſctiſſima virgine. z hz ſpūm q̃ virgini obūbrauit. z humanitatē verbi impleuit. Nō ſi fuerit oppinati: q̃ ſimiliť in adā fuerit verbū dei. z ſpūs ei⁹: in hoc eſt falſitas manifeſta. q̃ ſi verbū dei carni vel ei⁹ ſpūi eſſet vnitū: z ſpirit⁹ dei repleuiſſet adā: nūq̃ ſathanas decepiſſet eū. aut deiecíſſet verbo ſuo. Cñ dixit de⁹ ade. Eſto. hoc eodē verbo quo fecit oia. qō ab eterno erat apud deū. Eſt itaq̃ xp̃s ver⁹ de⁹: q̃ verbum dei. Neq̃ enī verbū dei eſt min⁹ quā tot⁹ mūdus. Eſt etiaz verus hō: q̃ de virgine maria nat⁹. Et in quantū hō: z nūcius dei eſt. z ꝓpheta dei. z p̃mo dei. Et quantū ad hoc: bñ dicit alchoran⁹. in ca. elneſa. q̃ xp̃s non negabit. nec angeli fideles: q̃ ipē nō ſit ſeru⁹ dei. ſ. in q̃ntū hō. Nō tñ inueniť i toto euāgelio. q̃ ipſe diceret ſe ſeruū dei: vt nō induceret errorē. nec dixit exp̃ſſe ego ſuz de⁹. nec dixit ego ſum hō. ſz veriſz manifeſtis op̄ibus oſtēdit: q̃ erat verus deus. z verus hō. Et iō dixit. Si mihi nō vultis credere: op̄ib⁹ credite. Et iſta eſt efficatioꝛ ꝓbatio: q̃z ſi ſola verba dixiſſet. Dictū ē ſupius: q̃re añ paſſionē nō dixit exp̃ſſe. apoſtoli aūt z euāgeliſte z ꝓius z poſtea tā manifeſte dixerūt verba. z oſtēderunt miracula: vt tot⁹ mūdus cōuinceret hec credere. Dabumetus aūt poſtq̃ bñdixerat: q̃ xp̃s ē verbū dei: in veritate nō ſtetit ſz ō dixit ſibi ipſi. z dixit. q̃ ipe xp̃s nō erat de⁹. tñ qz dixit. q̃ apō deū ſe excuſauit. qō patet ſupius in. ix. ca. manifeſte eſſe falſum. tū: quia dixit. adoꝛate deū meū et deū vr̄m. dñm meū et dñm vr̄m. et hoc nō eſt ꝺ trariū. Nā in quantū ipe e-

UVA. BHSC. IyR_241_5

rat verus hō: verus seru⁹ dei erat. vt prius patuit. Contigit ergo mahumeto: qd ipse de alijs scripsit. in ca. de iona. dicēs ꝙ qdam reprobāt q̄ nō intelligūt. et q̄ non possūt exponere. Sic et ip̄e reprobauit misteriū incarnatiōis. qꝛ nō intelligebat. nec potuit exponere q̄ de xp̄o in euāgelio dicebant̄. Et ꝑ eandē rationē nō acceptauit misteriū trinitatis. qꝛ nō poterat intelligere distinctionē ꝑsonarū: sine distinctiōe essentie Sed qd mirū. si hō carnalissim⁹ nō ꝑcipit excelētissima dei? Et hec sufficiāt de tertia questione.

¶ Quarta questio talis est.

Quarta q̄stio est. Qꝛ mahumet⁹ frequētissime in alchorano cōmendat legē moysi. ⁊ iob ⁊ dauid. ⁊ dicit psalteriū librū luminosum. ⁊ sup oēs alios libros cōmēdat euāgelium. in quo dicit. ꝙ ē salus ⁊ directio: q̄rit̄. q̄re sarraceni nō hēnt. ⁊ nō legūt libros istos? Qꝛ enī xp̄s cōmēdauit moysen. ⁊ alios ꝓpħas: ⁊ xp̄iani eos non habebāt: acceperūt eos a iudeis. ⁊ fecerūt trāsferri de diuersis linguis. ⁊ habēt eos autēticos. ⁊ legūt in suis scolis. Et dicūt sarraceni. ꝙ iudei corruperūt libros veteris testamenti. ⁊ xp̄iani corruperūt euāgeliū. ⁊ libros noui testamēti. ⁊ ꝙ nihil veritatis remāsit ī mūdo de scripturis: nisi q̄ntū ē ī alchorano. Sꝫ ostēsū ē sup̄ in. iij. c. ꝙ hoc ē falsū ⁊ ↄtra alchoranū. Preterea. Quō tātus ꝓpħa (q̄lez reputāt mahumetum) cōmendasset exēplaria corrupta. ⁊ dixisset. ꝙ in eis est salus. ⁊ directio? Vel quomō nō p̄dixisset in posterū corrūpēda: sꝫ poti⁹ dixit ↄtrariū. s. ꝙ si sarraceni essent in dubio de alchorano: ꝙ peterent ab illis qui ante eos acceperūt libros. s. a christianis et iudeis. et hoc dicit ī ca. de iona. Potius autem dixisset: nō credatis eis: qꝛ habēt libros corruptos. Preterea. In capitu. amram. docet sarracenos petere auctoritatē legis moysi. dicēs. Afferte pēthatheucū si estis veraces: et legite ⁊c̄. Nō est aūt alia causa: q̄re nō legūt sarraceni predictos libros: nisi qꝛ sapientes sciunt. ꝙ de facili

UVA. BHSC. IyR_241_5

deprehenderet falsitas alchorani: si libros sctōs ⁊ veraces legerēt. Unde ⁊ alchoran⁹ etiā sibi malicioſe puidit ⁊ posuit quattuor remedia ne deſererēt a ſuis. ⁊ ne falsitas ei⁹ deprehendat. Unū est: q⁹ mandauit eos occidi. q cōtrariū alchorano aliqd dicerēt. sicut patet supius i capi. x. Scōz quia dixit. q cū hoīb⁹ alterius secte nō disputarēt. Tertiū quia phibuit ne eis crederēt. Dicit enī in capit. amrā. Nō credatis nisi illi q sequit legē vſam. cū tn dicat: q⁹ i euāgelio est salus ⁊ directio. Quartū est q ab alijs totaliter separent ⁊ dicant. Mihi lex mea. ⁊ vob lex vſa ⁊ c. Et p⁹. Vos liberi ab eo qd operor. ⁊ ego liber ab eo qd opamini. et hoc dicit in cap. ione Si ergo sarraceni bene acciperēt consiliū alchorani: pculdubio dirigerent. haberēt. n. euangeliū. et legē moysi. ⁊ alias scripturas sctās. maxie cū ipse alchoranus comēdādo moysen. dō ⁊ salomonē ⁊ alios ppbas: frequētissime dicat: q nō prefert vnū alteri. Et hec sufficiāt de quarta questione.

Quinta questio talis est.

q Uinta questio est. Quid sibi vult mahumetus in alchorano. q totiēs et totiēs replicat de se scribēs. credite in deū ⁊ nunciū. obedite deo ⁊ nūcio. seqmini deū ⁊ nunciū. Seim⁹ enī q soli deo debet fidelitas credētie. honor latrie. opatio. obedientie. ⁊ seqlla vie. q⁹ ipse solus est pncipiū ⁊ finis oīum. Unde nullus ppha vnqs fuit ausus hoc dicere: ut deo se taliter ⁊ in talib⁹ associaret. q nullū potest hēre participē neqs cōsortē. Nā dns in lege dixit moysi ⁊ oībus iudeis. Uidete q ego sim solus. Et iō heliam dixit. Si deus est dns: sequimini eū. Uidet igit mahumetus ex talib⁹ nō solū dare deo participē ⁊ cōsortē: sed facere se deo pticipē ⁊ cōsortē. Et sic dr in alchorano i capi. elnesa. deus nō parcit: si qs dat ei participē. Solus aūt xps q nō fuit pticeps dei. neqs consors: sed fuit verus de⁹ ⁊ verus hō: potuit dicere. q tn nūqs dixit in quātū hō. Credite in deū et in me. vel obedite deo ⁊ mihi. ne hoies crederēt eū dei pticī-

UVA. BHSC. IyR_241_5

pem ⁊ cōsortē. Sed cōtrab. io. x vij. Creditis in deū: ⁊ in me credite. Dicendū. q hoc semel siue raro dicere: ad veritatis ostensionē ⁊ fidei informationē non incōuenit. Unde ⁊ alibi etiā dicit. Qui in me credit: opa q̄ ego facio ipse faciet. Et iterum. amē dico vobis: qui in me credit habet vitā eternā.

¶ Sexta questio talis est.

Exta questio est. Quia alchoran⁹ multa magnifica dicit de xp̄o: ⁊ ecōtra. vilia quedā de mahumeto. Quare sarraceni nō sequnt potius xp̄m q̄z mahumetū. ⁊ euāgeliū q̄z alchoranū? Et q̄ cōtraria iuxta se posita magis eluceſcūt: videam⁹ originē ⁊ alterq̄mur: qd alchoran⁹ de vtroq; pnunciet. Dicit alchoran⁹. q xp̄s sue matri fuit nūciatus per angelū. ⁊ fuit fortificat⁹ per spiritū sanctū. ⁊ fuit cōceptus ex virtute dei (nō opatione nature.) et natus de virgine sanctissima purificata sup oēs alias mulieres. De mahumeto vero nihil dicit de istis: sed q fuit orphanus errans ⁊ recollectus a deo. Preterea. Dicit de xp̄o q est verbū dei. Et secūdū hoc: nihil potuit ignorare. Mahumetus autē fuit incertus ꝓpheta. Dixit enim se nescire quid de se fieret: aut de suis. Dixit ipse etiā. Nescio vtrum ego aut vos simus in directione. Unde fertur dixisse de patre et matre. Utinā scirē qđ est opus eorū. Fertur etiā q ipse fuit prestigitatus a iudeis. acubus multis missis in vultum cereum. et proiectis in puteū. Tenent etiaz cōmuniter. q ipe mahumetus. vitā veneno finiuit scz extoxicatione quā immisit ei quedam iudea in minutione. Item. Christus descendit ab abraham per ysaac: cui facta est repromissio de benedictione: ⁊ consequēda hereditate. Mahumetus descēdit per ysmael qui non pertinet ad repromissionem. sed de eo est dictum. Erit ferus homo ⁊ manus eius contra omnes. ⁊c. Preterea. Christus nullū vnq̄z peccatum cōmisit cum sit spiritu sancto plen⁹: et sit verbū dei: errare nō potuit. mahumet⁹ autē fuit ydolatra. homicida. raptor lubricus: ⁊ multis

UVA. BHSC. IyR_241_5

alijs peccatis obnoxius q̄ (ut dicūt) de⁹ ei pepercit. Item xp̄s miracula stupenda fecit et vtilia. ¶Nam sicut ponit in capitulo elmeyde. in fine: xp̄s cecos illuminauit. leprosos mūdauit: ⁊ mortuos suscitauit. Mahumetus nullū miraculū omnino fecit secundū alchoranum. Et si de eo quedā dicantur: aut sunt impossibilia. ⁊ absurda (ut q̄ lunā reintegrauit fractam.) aut inutilia: ut q̄ camella locuta fuit. aut omnino occulta. Dicebat enim se facere in abscondito ⁊ de nocte: q̄ de die requisitus monstrare nō poterat. Unde ⁊ ei dicebant Dicis q̄ ascendis in celū ad deū de nocte: ascende de die videntibus nobis et credemus. Xp̄s autē maxima miracula ⁊ magnifica faciebat de die ⁊ in manifesto. ⁊ corā multis testibus. ut eius opera essent omnib⁹ patentia. Preterea. Christus fuit magister excellentissimus. ¶Nam sicut in alchorano dicitur in capitulo. elmeide. quasi ex persona dei O xp̄e recolle quomodo dedi tibi spiritum sanctū: ut loquaris hominibus et in cunabulis. ⁊ magnis. ⁊ docui te librū. et sapientiā. legem moysi. ⁊ euangeliū. Mahumet⁹ autē fuit doctor ignorans. homo ydiota. nesciens linguā aliam nisi suam. ignorans etiam expositionē sue legis. Dicit enim q̄ solus de⁹ nouit expositionem alchorani. Preterea. Christus secundum euangeliū. fuit crucifixus. et mortuus. et resurrexit vere. et ascendit ad celos. ⁊ sedet ad dexterā dei. Alchoran⁹ autē dicit: q̄ non fuit mortuus. sed deus assumpsit eum. Igitur ⁊ secundū euangeliū q̄ secundū alchoranū. et in omnē euentum xp̄s viuit. Mahumetus autē omnino mortuus est. sed melior est adiutor viuus: q̄ mortu⁹. Relinquo modo alias excellētias singulares quas de xp̄o ponit euāgeliū. Dirū est igit q̄ quō sarraceni nō sequnt̄ poti⁹ xp̄m q̄ mahumetū. et euangeliū q̄ alchoranū. Maxime cum sit valde credibile: meliorē legē esse dataz mundo per meliorē legislatorē. ⁊ melius conseruatā a deo verā. et incorruptā. sicut superi⁹ ostensum est in tertio capitulo. ⁊c.

¶Sextū decimū capit. in quo ostenditr preeminentia euāgelij ad alchoranū.

UVA. BHSC. IyR_241_5

Reeminētia v̄o euangelij ad alchoranū pōt cognosci facilit̄ ex his q̄ supius dicta sūt de alchorano. Oñsū est s̄. q̄ alchoran⁹ nō ē lex dei. q2 nō attestat̄ ei lex vet⁹ nec noua. ⁊ quia nec stillo nec sn̄ia ꝯcordat cū alijs. ⁊ q2 ꝯtra dicit etiā sibi ip̄i. et q2 nullū attestat̄ ei miraculū. ⁊ q2 nō est rationabilis. ⁊ q2 continet falsitates aptas. ⁊ q2 violēta. ⁊ q2 inordinata. ⁊ q2 mala. et q2 incerta. Hec enī omīa ꝑ ipsum alchoranū breuiter sunt ꝓbata superi⁹. sed in eodē alchorano legentib⁹ melius oñdunt̄ ut possez dicere cōformiter euāgelio. Si mihi non vultis credere in alchorano legite. Horū aūt ꝯria de doctrina euāgelica manifeste patēt Nā ⁊ mahumet⁹ sic̄ xp̄m excellētissime cōmēdauit sup alios ꝓphas q nūq̄ fuerūt uel erūt: ita etiā magnificauit doctrinā euāgelij sup oēs alias scripturas dei. Et scim⁹ q̄ nūq̄ est tā validū ⁊ robustū testimoniū doctrine uel vite: q̄ cū ille laudabilr̄ loquit̄. q ingerere crimē conat̄. Dicit. n. ip̄e mahumetus in alchorano ī capi. elmeyde. Limitauim⁹ vestigia hominū ꝑ iesum filiū marie veracissimū patēter. ⁊ dedimus ei euāgeliū in quo est directio. ⁊ lux ⁊ veritas manifesta. In plurib⁹ etiā locis in alchorano excellēter euangeliū cōmendat. Ip̄m tamē euangeliū in oī lingua ⁊ in oī ꝓuincia excellētissime se manifestat mūdo: ut cōfident̄ de ipso audeā dicere sarracenis. Si mahumeto vr̄o de euāgelio uultis uel nō uultis creedere: in uāgelio legite. Et q2 dicit̄ in alchorano ī capitu. elenphal. Uult de⁹ q̄ verificet̄ v̄itas ꝑ v̄bū suū. ⁊ precidatur gubernatio hereticoꝝ. ⁊ veritas verificet̄: ⁊ vanitas euanescat. Prouidit ⁊ dispensauit deus: ne mūdus ex ignorātia ꝑiret. ut lex illa q̄ gñaliter oīb⁹ ⁊ sola necessaria erat. s. lex gr̄e lex euāgelij. nō vno loco sed in diuersis ꝓuincijs. nō vno ydiomate sed diuersis ⁊ generalib⁹ linguis originaliter scriberet̄. s. ebrayce. grece. ⁊ latine. ⁊ post hoc q̄ fidelr̄ transferret̄ in oēs liguas. ⁊ in fine euāgelij mādauit xp̄s discipulis. q̄ ipsū euāgeliū ꝑ vniuersū mundū efficaciter p̄dicarēt. qd̄ vtiq3 (ut ꝑficere p̄ualerēt) dedit eis domū liguaꝝ. ⁊ v̄tu

UVA. BHSC. IyR_241_5

tē miraculorū. Alchoran⁹ aūt dicit se essedatū a deo solū ara
bice. ⁊ sarraceni tenēt certissime. ꝙ nullus pōt ip̄m intellige
re nisi sciat linguā arabicā. Et cōstat. ꝙ nō oēs sciūt linguā
arabicā. nec dicere possunt. ⁊ in alchorano scriptū est (ut su-
peri⁹ est ostēsum) ꝙ nullus pōt saluari nisi ī lege sarracenoꝝ
Et quare vellet de⁹ ꝙ soli arabes saluarent̄. uel sciētes liu-
guā arabicā. Lex aūt xp̄ianoꝝ q̄ scrita fuit in oīb⁹ linguis di
cit. ꝙ de⁹ vult oēs hoīes saluos fieri. Igit̄ sarraceni q̄ solo
noīe dn̄r saluati (ut superi⁹ dictū est) ⁊ etiā oēs alij q̄ realit̄
volūt saluari: sciāt xp̄m esse saluatorē. Legāt euāgeliū in q̄-
cūq; lingua volūt. ⁊ īneniēt oīa ꝯtraria his q̄ dicta sunt su-
peri⁹. ⁊ oñsa in alchorano. Inueniēt ꝙ attestat̄ ei lex moysi. ⁊
ꝓph̄e. ⁊ nullā ad eos ꝯtrarietatē euāgeliū hēt. sed ꝯplemētū
et ꝑfectionē oīuz aliarū. Inueniēt etiā in euāgelio stillū nō
rithmichū siue metricū: sed simplicē et cōmunē. nō quidē ꝓ
simplicitate scribentiū. sed pro vtilitate legentiū. ut a quolz
ydiota ⁊ simplici ꝯueniēter posset intelligi. Modū etiā hēt
nō blāditoriū. nec īcōsueta v̄ba vl̄ turpia: sz cōia ⁊ honestis-
sima. Fabulā aūt nullā oīno ꝯtinet euāgeliū. sz sentētias ve
rissimas ⁊ ꝓprijssimas. Et si interdū similitudīes ꝓponat: ex
ip̄o textu manifeste oñdit̄. ꝙ loq̄t̄ ꝑ similitudinē. Cōcordat
āt ī snīa nō solū cū alijs scripturis sacris (ut dictū ē) sz etiā
cū ph̄is q̄ de deo. ⁊ v̄tutib⁹. ⁊ de vltimo fine hoīs demōstra-
tiue ⁊ rōnabilr̄ tractauerūt. Addit tn̄ quedā altissima ad q̄
ratio naturalis ⁊ humana nō pōt ꝑtingere. Nichil tamē oī-
no dicit: cui per demōstrationē obuiari valeat. Quia cū de-
mōstratio ꝯtineat verū: nihil ei potest esse cōtrariū nisi falsū
Sane cōtradictio in euāgelio nulla inuenit̄. ut nō solū vnuz
euangeliū cōueniat sibi ipsi: sed etiā oīa quattuor euāgelia ī
oīb⁹ essentialib⁹ fidei simpliciter cōueniūt. s. de incarnatiōe
doctrina. ⁊ passione. ⁊ resurrectione. et ascensione xp̄i: cum
tamen ip̄a quattuor euangelia in diuersis ꝓuincijs. ⁊ diuer
sis linguis ⁊ diuersis scriptoribus originaliter sint cōscri-
pta: ut superius dictum est. Quidam tamen simplices credi
derunt. ꝙ in euangelio esset ꝯtradictio. pro eo quia in vno

UVA. BHSC. IyR_241_5

euangelio vni⁹ euãgeliste scriptũ est aliquid: q d̃ nõ cõtinet̃ in alio. Sed istud nõ est cõtradictio: sed dei dispẽsatio. Quia instigãte spũ scõ: q d̃ vn⁹ euãgelista tacuit: alius dixit. Et q d̃ vn⁹ euãgelista scripsit: nullus aliorũ triũ negauit. uel aliqd cõtrariũ dixit. Et inter oẽs q̃ttuor: nõ scripserũt oĩa dicta et facta xp̃i: sed q̃ magis erãt necessaria ad salutẽ. Quõ aũt doctrina xp̃iana sit ꝑfecte miraculis ꝯfirmata: superi⁹ est apte mõstratũ in. vij. capi. Uñ nõ oportet vlteri⁹ insistere. Nõ est aũt doctrina. nec lex in mũdo: q̃ sit ita rationabilis. ⁊ ita ꝑfecta sicut euãgelica. q̃ oĩa vicia extirpauit in radice. ꝓhibendo nõ solũ inordinatũ factũ. aut dictũ exteri⁹: sed etiã inordinatũ animi motũ. vel affectũ interiorẽ. ut ꝯcupiscentiã. et irã inordinatã: ex quib⁹ oĩa mala exteriora sequnt̃. Plãtauit etiã ⁊ cõsũmauit oĩa bona in mãdato ꝑfectissime. caritatis. indilectiõe ꝑfecta dei ⁊ ꝓximi. q̃ est plenitudo legis. habita. n. amicicia ⁊ caritate ꝑfecta que nouit cõmunicare bona ꝓpria: iã nõ est necessariũ querere iusticiã q̃ ĩducit reddere aliena. Cõtinet etiã euangeliũ illud naturalissimũ et ꝯuenientissimũ p̃ceptũ. Quecũq; vultis ut faciãt vobis hoĩes: hec eadẽ facite illis Quo solo habito: nõ est necessariũ aliud p̃ceptũ respectu ꝓximi. Euãgeliũ etiã nõ solũ cõtinet veritatẽ: sed sic tenẽt doctores xp̃ianoꝝ. ꝙ si in euãgelio vna sola falsitas inueniret̃: eadẽ rõne totũ euãgeliũ merito haberet̃ suspectũ. sic̃ superi⁹ determinatũ est in. ix. cap̃. Uiolẽtiã v̄o nullã ꝑmittit euangeliũ. qnymo dicit ipsã violẽtiã et iuiuriã esse patiẽter ⁊ hũilit̃ sustinẽdã dicẽs. Si qs te ꝑcusserit ĩ vnã maxillã p̃be ei ⁊ alterã. ꝙ si qs accepit paliũ: ꝓhibere nolli. sed da ei ⁊ tunicã. Docet etiã ꝓ illata iniuria ⁊ odio: bñficiũ ⁊ amorẽ reddere dicẽs. Diligite inimicos vr̃os. orate ꝓ ꝑsequẽtib⁹ ⁊ calũniantib⁹ vos. vel bñfacite malefatiẽtib⁹ vob̃. Neq; obstat. si hec oĩa quidã mali xp̃iani nõ seruãt. Nã ꝑfecti seruãt ⁊ ĩplent. Neq; enĩ malorũ peruersitas impedit veritatẽ ⁊ perfectionẽ sanctissime legis. Ordinatissima est euãgelij doctrina. sicut superius est ostensum. in nono capitulo ordine temporis. ⁊ loci. et ordine doctrine. ⁊ ordine materie.

UVA. BHSC. IyR_241_5

Incipit ab incarnatione xp̄i determinās que ꝑtinēt ad eius natiuitatē. Post natiuitatē: tꝑe cōgruo oñdit xp̄i doctrinā ⁊ sapientiā. Post hec potentiā ⁊ miracula. Et postea passionē ⁊ mortē. Et ultio resurrectiōez ⁊ ascensionē in celū ⁊c̄. Sane nullū malū pōt īueniri in doctrina tāte ꝑfectiōis. Licet instabiles et indocti credāt in ea quasdā blasphemias. sic̄ de incarnatiōe xp̄i. ⁊ passiōe ⁊ misterio trinitatis. De quib⁹ (ut supius dictū est.) accidit ꝙ in alchorano dicit̄ scz. ꝙ reprobāt q̄d nō intelligūt. certissimū vero est q̄r certissime credit̄ et scitur. quo tꝑe. quo loco. ⁊ a quib⁹ hoībus scripta fuit euāgelica doctrina. Certissima etiā est: q̄r mō cōuenientissimo ⁊ facilimo ꝑfecte intelligit̄. Q̄r credēda ꝓponūt̄ ꝑ reuelatiōz diuinā. nō inuestigāda ꝑ rationē humanā. ut et simplices ad eā faciliter possint accedere. et intellectu alti: nequeāt suꝑbire. Et licet in se sit certissima: non tamē ab oībus intelligit̄. Q̄r nō est oīuz fides: sed tm̄ ab humilib⁹ ⁊ mūdis corde. Superbi v̄o et carnales eā ꝑcipere nō possunt. quoꝝ intellect⁹ se habet ad ipsaz euāgelicā doctrinā: sicut oculus noctue ad lucē solis. Sacri v̄o doctores fidei xp̄iane nō iā de nocte (ut noctue) volāt: sed irreuerberatis oculis radios solis velut aquile cōtēplant̄ in se. Alijs atiā nescientib⁹. ⁊ rationē querentib⁹: cōuenienter exponūt fidei veritatē. Nec iā dicūt sicut in alchorano scriptū est in capi. ione. ⁊ in capi. elchaferī. ꝙ debēt sarraceni dicere alijs nationib⁹ nō credētib⁹ sed cōtradicentib⁹ alchorano. Mihi lex mea ⁊ vobis lex vr̄a. sed sunt parati sꝑ ad satisfactionē oī poscēti rōnē d̄ ea. Hoc aūt ad sapientē ꝑtinet. s. assignare rationē sui opis: alias: q̄libet fatuus posset legē condere et cōcludere q̄cq̄d vellet ⁊ nihil credatur asserentibus contrarium. (sio sarracenoꝝ.

¶ Cap̄. xvij. in quo oñditur rñ-

a D hec nitunt̄ rñdere sarraceni q̄dā curiosi ⁊ ꝑtinaces dicētes Nō dicim⁹. ꝙ euangeliū nō sit a deo: cū alchoran⁹ hec manifeste testet̄. Neq̄ꝫ ꝙ nō sit ꝑfectū: cū sit a deo. Sed tā ardua ⁊ tā ꝑfecta euāgeliū cōtinet: ꝙ mūdus ea non sufficiebat ꝑficere. Quis. n. pōt deū ex toto

UVA. BHSC. IyR_241_5

corde diligere ⁊ ꝓximū sic̄ se ip̄m. q̄s pōt orare ꝓ ꝑsequētib⁹ ⁊ calūniātib⁹. ⁊ ex corde bñ facere malefacientib⁹. ⁊ ꝑfectissima aliq̄ facere q̄ euāgeliū p̄cipit: ⁊ iō q̄ nō erat lex cōiter obseruabilis: ꝓuidit de⁹ mūdo. de lege saluatiōis. et tēperauit p̄cepta. ⁊ dedit mūdo alchoranū. qui nō cōtinet ista difficilia sed est facilis ad seruandū. Et iō dicūt. ꝙ alchoran⁹ est magis cōmunis ⁊ valde sufficiēs ad salutē mūdi. Et iō vocant alchoranū. legē saluatōis āthonomathice. i. ꝑ excellētiā. dicūt igit̄ ꝙ alchoran⁹ succedit. q̄i loco euangelij. Et ꝙ q̄cq̄d boni erat in euāgelio. totū est in alchorano. ita ꝙ nō est opus euāgelio. Sed hoc ꝯtinet falsitatē manifestā. Nō. n. pōt dici. ꝙ euāgeliū sit datū ad tēpus. puta vsq̄ ad alchoranū. et postea alchoran⁹ successerit ei ad salutē. Cū alchoran⁹ manifeste testet̄. ꝙ in euāgelio ē directio et salus. Preterea. Nō pōt dici ꝙ postq̄ de⁹ dedit euāgeliū: aduerterit ꝙ mūd⁹ ip̄m seruare nō poterat. ⁊ correxit stillū ⁊ tēperauit p̄cepta. ut de⁹ facta notāda putet ab euētu. Sciebat. n. de⁹ a p̄ncipio: ⁊ q̄d euāgeliū cōtineret. ⁊ quid hoīes possent. Preterea. Ip̄e alchoran⁹ dicit. ꝙ sarraceni non sunt nisi cōpleāt euāgeliū ⁊ legē moysi. Et quō posset euāgeliū dici ꝑfectū: si nō erat ꝓportionatū virib⁹ hoīuꝫ, nec poterat cōiter obseruari. Preterea Si euāgeliū est ꝑfectū: cōtinet q̄ sūt necessaria ad salutē. q̄d aūt obest: si postea quedā alta cōsilia magne ꝑfectiōis cōtineat. q̄ nō dicit esse necessaria ad salutē: Preterea. Quāto lex aliq̄ est magis larga: tāto ē min⁹ meritoria. Si igit̄ alchoran⁹ est leuior q̄ euāgeliū: nō est tāte efficacie ad salutē. Nō enī de⁹ dedisset legē minoris efficacie ⁊ magis strictā. Sꝫ cōstat ꝙ in alchorano d̄r: ꝙ ꝑ alchoranū possūt saluari etiā demōes. igit̄ est lex alchorani maioris efficacie q̄ euangeliū. ⁊ magis stricta. p̄terea. Si alcho. ē magis larga lex ⁊ magis facilis. ē magis ꝑiculosū ⁊ magis culpabile eā nō obſuare. Sꝫ sarraceni eā nō obseruāt. ḡ ꝑiculosi⁹ peccāt. ꝙ aūt nō ꝯpleāt nec obseruēt: patet. Bibūt vinū. ⁊ inebriant̄. comedūt illicita. nō obseruāt ieiuniū. nec or̄onē. nec expēdūt iuxta facultatē. ⁊ alia mlta q̄ melius nouit q̄ cōuersationē eorū ꝓbauit. ḡ

UVA. BHSC. IyR_241_5

siue dicāt esse facilē. siue difficilē: piculū nō euadūt. Sed re
ṽa: mahumet⁹ visus ē dare legē facilē. sed nō est ꝑmiss⁹ a deo
sic tēpare calamū: qn difficilia multa misceret. Cōtinet eniz
difficultatē ad ītelligendū: qꝛ in ea d̄r. ꝙ a solo deo ītelligit̄
hoc aūt quantū sit irrationabile: patuit supius in. viij. cap̄.
Cōtinet. n. difficultatē ad credendū. Dicit. n. ꝙ ṽgo maria
peperit ihm. ⁊ ꝙ de⁹ hēt verbū. ⁊ spm̄ sctm̄. q̄ sūt ardua etiaz
nr̄e fidei. q̄ tn̄ est ꝯfirmata miracl̄is. Cōtinet etiā difficulta-
tē in ope ad adiplēdū. ut de circūcisiōe. ⁊ de vino nō bibēdo.
⁊ ebrietate vitāda. ⁊ de ieiunio. ⁊ or̄one. et de expendēdo ſm
facultatē sibi a deo datā. ⁊ multa alia q̄ paucissimi sarraceni
seruāt. Igit̄ sic̄ fuit necessariū mūdo: ꝙ leuigarent̄ p̄cepta
euāgelij ⁊ daret̄ alchoran⁹ leuior: ita ēt eēt nccāriū: ꝙ adhuc
daret̄ alia lex leuior. q̄ possz ab hoib⁹ leui⁹ obſuari. et tā euā
geliū q̄z alchoran⁹ totalr̄ q̄ssarent̄. Uel si pauci saluarēt̄: eēt
culpa dei q dedit talē legē: quā hoīes ſuare nō possūt. ꝙ si h̄
ē īcōueniēs: stādū ē in p̄mo. s. ꝙ euāgeliū sit lex a deo sctissi-
ma parit̄ ⁊ obſuabil̄ mūdo. Qd̄ nob̄ ꝯcedat ihs xp̄s. Amē.

¶ Explicit libellus intitulat⁹ ꝯtra legē sarracenoꝝ edi
tus a frē Ricoldo florētino de ordine predicatoꝝ: sacre
theologie ꝓfessore. Impssus hispali: ꝑ Stanislaū polo
nū. āno a natiuitate dn̄i nr̄i iesu xp̄i. m. d. xx. die marcij.

UVA. BHSC. IyR_241_5

UVA. BHSC. IyR_241_5

UVA. BHSC. IyR_241_5

UVA. BHSC. LyR_241_5

316

JOANIS
Pico
dela
Miran-
dula
Epistolæ

IV

pu

Biblioteca de Santa Cru
yR 24
JVA. BHS
yR 241